

rales qualescunque pro actibus immediatæ illuminationis & intuitivæ cognitionis venditantur. Atque hæc illi hæctenus responsa sunt.

LXII. Rejecta falsa sententia, ad veriore[m] tradendam, confirmandamque progredimur: ac sine mora affirmamus, prægustum vitæ æternæ importare ex parte *intellectus* quidem cognitionem supernaturalem, qua mens humana non solum de sua cum Deo per Christum reconciliatione & acceptatione, verum etiam de ipsa in Deo per Christum consequenda beatitudine, vi promissionis divinæ, in Scripturis revelatæ & per gratiosam Spiritus Sancti operationem obsignatæ, certior redditur, & ad assensum non qualemcunque, sed fortior[em] aut pleni[us] rem, perducta, bonum tam insigne ac singulare, absens quidem, & ex se arduum, tamen ut impetrabile atque impetrandum cognoscit: ex parte *voluntatis* vero boni istius cogniti velut amplexum quendam, seu amorem; ac spem non dubiam sed roboratam, una cum voluptate seu gaudio prædulci, inusitato atque inenarrabili, cujus sensus bonorum terrenorum svavitatem & malorum temporalium acerbitatem seu minuat seu extingvat.

LXIII. Consentit heic nobiscum B. *Lutherus*, qui in Explic. Cap. I. Evang. Joh. Tom. VI. Altenb. fol. 1220. seqq. ostensurus quomodo Christiani jam nunc videant coelos apertos, somnium illud Patriarchæ Jacobi, quod Gen. XXVIII. memoratur, velut imaginem quandam huc applicat, atque inter alia scribit: Also sehen wir noch den Himmel offen / ja wir wohnen selbst im Himmel / denn ob wir wohl etlicher massen in der Welt leben / so sind wir doch geistlich angeschrieben im Himmel unter die himmlischen Bürger / und haben unsern Wandel allda für GOTT mit unserm Gebet / im Glauben und im göttlichen Wort / auch in den Sacramenten / wandeln in der Liebe gegen dem Nächsten / wachsen im Wort und Erkänntniß Christi / nehmen auch zu in alle dem / das uns vonnöthen ist zum ewigen Leben / das ist unser himmlischer Wandel / welchen der Glaube hie anfähet / und ist uns der Himmel offen / und ist unser Wohnung

nung